



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Ultimarum Voluntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

Svmmarivm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

executores, vel adiungat alios, quam testator ipse scripserit? Respondeo? Iustis maiorum preceptis reuerenter obtemperandum est: sed talia mandata, si decernerentur, essent ipso iure nulla: non, quasi liceat contemnere, verum ideo, quoniam iure permittitur illis casibus nõ obsequi. l. vlt. C. si cont. ius vel utilita. publi. De-

15 bent † tamen causa rationabiles allegari, vt sit excusatus is, qui non paruit. c. si quando aliqua. de rescrip. Quia patienter (inquit Alexander) substinebimus, si non feceris, quod praua nobis fuerit in sinuatione suggestum. c. ab excõicato. eo. ti. tractatur satis grauius auctoritate cõciliij in c. sacra approbante. c. venerabili de sentẽ. excõi. c. solet. c. venerabilibus. d. sed si ex causa. eo. ti. lib. 6. In quibus locis probatur, excõmunicationem etiam dubiam multò magis, si palàm sit iniqua remittendam esse per superiorem.

~~~~~

### De testamentarijs executoribus, Titulus. 3.

#### S Y M M A R I V M.

1. Executores testamentarij, in duplici sunt differẽtia,

differentia.

2. Executores vniuersales qui & qualiter fiant.
3. Executores particulares. qui & cur constituantur.
4. Executores particulares quibus de causis, & modis scribantur à testatoribus.
5. Executores particulares, & generaliter dati, qui. & nu. 6.
7. Executores meri, qui.
8. Fideicommissarius, est particularis executor.

**T**estamentarij testatores sunt, quo, testatores ipsi deputarunt, ad exequendam voluntatis suae postremam ordinationem. Et hi rursus duplicis sunt differentie: Quidam sunt vniuersales, alij verò particulares: vt vtar verbis vulgò notis.

Vniuersales testatores sunt, quando testator nullos scripsit heredes generaliter: vel aliquem locū piū: vel, si vniuersa bona sua iussit per tales testamentarios distribui pauperibus, non instituendo heredes. Quibus casibus singulari iure propter pietatē, valet testamentū. Et huiusmodi executores habēt nomē heredis, & cōsentur omnibus modis heredes. l. id, quod pauperibus & l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cleri.

Particulares testatores verò sunt, qui si-

M 4 mul